


dit, dividetur semicirculus ex incidentiæ puncto de-
scriptus in duas partes; easq; iterum vel æquales ob
Angulos Rectos, vel inæquales, ob Angulos Obli-
quos.

Omnis autem Circulus, ab ultimâ retrò antiquitate
quantælibet magnitudinis, assumtus semper fuit,
ac si divisus esset in partes æquales 360.

Quæ tamen partes
in majori Circulo sunt
maiores, in minori mi-
nores: ita nimirum, ut
quanta seu quota mi-
nor pars minoris Cir-
culi est de toto suo mi-
nore Circulo, cujus
pars est: tanta vel tota
etiam est major pars
de majore suo Circu-
lo. Ut in appposito sche-
mate, quãtus vel quot
partium est arcus HI
Circuli minimi: tan-
tus vel tot partium est
& arcus MN de medio
& FB de maximo. Ratio est quia hi tres Circuli, utut sunt inæ-
quales, sunt tamen similes: quam suorum Totorum naturam
etiam Partes vel arcus jam nominati sequuntur. Aliàs circulo-
rum æqualium arcus totidem numero partium, etiam æqua-
les sunt.



Et si autem initio liberum & arbitrarium fuerat Mathema-
ticis cir-